

stantem ac debitam Homagiale[m] erga Nos, qua naturalem et legitimum suum Regem ac Dominum, devotionem atque intemeratae ac fidei cultum, quemadmodum hactenus semper laudabili exemplo, ita in posterum quoque zelose contestari modis omnibus velint ac debeant Eadem fidelitates Vestrae. Gratia et Clementia nostra Caesarea & Regia iisdem in reliquo benigne propensi manentes. Datum in Civitate nostra Vienna Austriae, die vigesima sexta Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo septingentesimo octavo.

Josephus m. p.

Comes Nicolaus Illésházy m. p.

Franciscus Somogy m. p.

*A tergo:*

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Egregijs et Nobilibus, Prudentibus item ac Circumspectis N. N. Universis Statibus et Ordinibus, Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Regnorum Nostrorum, Fidelibus Nobis dilectis.

Graecio Varasdinum.

(L. S.)

Orig. in Arch. Reg. Croat. Acta Regni Congr. 1708, Nr. 32.